



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historia Missionis Anglicanæ Societatis Iesv

More, Henry

Avdomari, 1660

Catholici in Anglia latere non possunt diu. n. 40.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38320

1635.

parricidam mulierem humatum est. Ita per vnius cuiuslibet hominis malitiam luditur in vita & bonis Catholicorum; si vero quispiam sit inter Iudices moderatione non audet clemens videri ne audiat Papista.

Catholici
latere noa
possunt.

XXX X. Neque latere Catholicis facile est; præterquam enim quod si ritus Protestanticos non frequentant, eo ipso habentur Catholici, genus est quoddam quadruplatorum, seu syndicorum qui singula perscrutantur: Horum alij vniuersitatis bona mobilia, immobilia, quæ & quantasint inquitunt, & ad Fiscum referunt. Alij numerant delicta, vt si cuius infans non est publicè Protestantium ritu Baptizatus, si quis priuatim duxerit vxorem aut si mulier nups'erit; si statis diebus non audiantur preces aut concio; si suspicio sit de sacerdote occulte introducto, & sexcenta alia, quæ cum mulctam pecuniariam habeant annexam, aut præda, huic inhiantes nemini facile parcunt, nisi quis forte multo auro redemerit vexationem.

Neque parcitur cenbris, quod erat aliud & acre omnino genus persecutionis. Etenim vt Hierarchiam quandam imitati sunt nostri Anglicani Hæretici, (vt Episcoporum, Decanorum, Archidiaconorum, Canonorum, seu Præbendariorum,) ita Ecclesiasticas etiam causas habebant, iudiciale distingue à ceteris, in quibus per mulctas agerent contra reos & per Cenluras.

Hinc Anno in quem deducta est hæc Historia seculi trigesimo quinto, in Comitatu Norfolciensi allatum est aduersus colonū Catholicum rescriptum de Excommunicato capiendo, eo quod vicinum quendam suum Catholicum sepelendum curauerat ritu Catholicō; In Cantabrigiensis, paupercula cum peperisset, tam obsterix licet hæretica quam reliquæ quæ astiterant, pecuniâ redimere coactæ sunt excommunicationem, quod cum excommunicata commuticascent. Ad molitorem in eadem regione Catholicum prohibebantur singulis annis vicini, vti nè triticum deferrent commolendum, aut farinam ab illo emerent; ea molestia vt se liberaret soluit quotannis octo florenos. Alius vt vxorem redimeret à Cenlura, florenis octoginta liceri coactus est; alter centum, alter opulentior annuis viginti quinq; vt centuras effugeret.

Constantia
& spes Ca-
tholicorū.

XXXI. His tamen a tot retro annis vexati malis Catholicī non despondent animo, neque spem abiiciunt futurū aliquando vt missericors deus pristinam pietatem, cultumque verum renuehat in Angliam. Cum enim ab initio collabantis Religionis seminaria prouiderit Sacerdotum, qui vi tormentorum necisque formidine superata non cesarent rectam fidem prædicando orandoque souere; vnum etiam Audomari in quo Iuuentus ad omnem quem lors tulerit gradum vitæ, virtutum præceptis & humaniorum literarum præsidio imbueretur; variorum quoq; Religioforum hominum sacra Collegia, vt sanctorum Beno- nediči, Dominici, Francisci, & societatis Iesu, & infirmioris sexus refugia compluria, per Belgium, per Germaniam, per Gallias, per Italiam, Hispaniamque;